sed in ea sapientia et bonitate quam ipse in divinitate sua plenam et perfectam semper per-
habuit, et in humanitate sua plenam et perfectam semel et simul accepit, dispensatio-
ne causarum humanarum exhibitione visibilis ordine incrementi sui profeceret. Quod propterea quod dicit
evangelista quia proficiebat Iesus etate sapientia et gratia non ita accipitur quasi semetipso
melior factus sit, sed quia hominibus quam in se plene habebat sed latebat sapientiam et gratiam
pro ratione temporum postulabat magis semper ac magis aperuit. Ita apud homines ipse
proficiebat, quia homines ipsi in eius agnitione proficerent. Ipse apud deum autem profecit in
eo quod dixisse sapientiam et gratiam dei plenum consideraret eo ad laudem dei patris
quo hec revelabat magis ac magis provocavit. De mortalitate Christi et quod per eam meruit
non est quod communiter credidisse dicere solemus, quia scilicet Christus homo aliter ad gloriam immor-
talitatis pervenire non potuisset nisi prius per passionem merendo mortem
sustinuisset. Non enim attendunt hi qui dicunt. Christus homo mortalis fuit, non neces-
sitatis erat sed voluntatis. Nam si primus homo sine morte ad immortali-
tatem pervenire potuisset, si se ad obedientie culpa custodire vo-
luisset, quanto magis Christus homo, qui solus sine peccato homo in hominibus et super ho-
mines deus fuit, eam sine qua ad eternam divinitatis in conceptione sub-
limavit gloriam incorruptionis dare potuisset, et si illi ad tole-
rantiam passionis et mortis humiliare noluisset. Si Christus ad gloriam
resurrectionis nisi moriendo pervenire non potuit, quia ipse mortuus est Christus, ac
necesse habuit mori ut vivere posset. Quare ergo dicit: Vado offerri, immolari pro vobis,
hoc videte. Vado immolari pro vobis. Quare non dicit et propter te. Si pro vobis mortuus
est, non est propter te. Audite quod Christus dicit quia pro nobis mortuus est, et nos dicimus quia ipse
metipso mortuus est. Beneficium negamus, quia gratias referre nolumus. Si ipse
mortuus est quid ei debeo? Ipse et congaudet. Ipse sustinuit. Sibi recepit.
An forte et sibi et nobis. Quare quod tacuit et dixit nobis. An forte erubuit
de necessitate, et gloriabatur de pietate. Ergo ipse erubuit manife-
stare, tu non erubescis exprobrare. Sed dicet: Si Christus per tolerantiam passionis
gloriam resurrectionis non meruit, quid est quod dicit apostolus: Christus factus est pro nobis